



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 51. Caroli Sigonii obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

Sæcul. XVI.
A.C. 1585.

sancto Joanne Baptista panegyricum habuit, quæ ad calcem in hujus Concilii actis refertur. Demum ad Societatis Collegium a semetipso Neapoli erectum sese recipiens, ibidem anno ætatis suæ sexagesimo nono animam Deo reddidit. Hic quamvis assiduis laboribus evangelicis, variis itineribus, ac continuo prædicandi studio distentus esset, nihilominus residuum nanciscebatur tempus, ut plura opera sexdecim majoris formæ voluminibus comprehensa, ac primo Madriti, postea vero Coloniz impressa conscriberet, in quibus habentur tractatus in sacrum Codicem, prolegomena, quæstiones Evangelicæ, Commentarii in Actus Apostolorum, & epistolas Canonicas. Ceterum Alphonsus magna scribendi facilitate, ac profunda eruditione inclarescebat, minor tamen artis criticæ usus, atque exiguum in rebus discernendis iudicium, necnon tædiosa prolixitas in ejus libris deprehenditur: denique ejusdem sermones in Evangelii parabolas pariter Coloniz typis editi prostant.

§. LI.

Caroli Sigonii obitus.

*Thu. l. 82.
Boillet ju-
gen des
Stav. sur*

Postremus denique erat Carolus Sigonius Mutinensis qui celeberrimi Romuli Amasæi magisterio usus, atque a Veneto

Veneto Senatu accersitus, in locum Joannis Baptistæ Egnatii humaniores literas assignato stipendio tradere jubebatur, inde vero Patavium veniens, ibidem cum Roberto Robortello, qui illo longe inferior erat, literariam concertationem habebat: postea autem Bononiam concessit, ubi juxta Panvini exemplum romanas antiquitates, & inferioris Imperii historiam cum tanta perspicuitate, ac concinna methodo explicabat, ut cunctis scriptoribus, qui circa hoc argumentum suos calamos exercuerunt, longe præferendus esset. Tandem hoc Anno mense Augusto cum Mutinam per reliquos vitæ suæ dies ibi sedem suam fixurus, atque in senectute sua quieti indulturus pergeret, ex eunte hoc anno febris correptus anno ætatis suæ sexagesimo vitam finivit: hic ecquidem plures edidit lucubrationes, illæ tamen, quæ circa res ecclesiasticas conscripserat, ad sex ferme libros de Hebræorum Republica Colonix anno millesimo quingentesimo octogesimo tertio impressos, necnon ad historiam de Episcopis Bonnonienlibus rediguntur.

§. LII.

Vercellensis Episcopi adventus in Belgium ob Baji causam.

Hist. Eccles. Tom. I.

Z

In-

Sæcul. XVI.
A C. 1585.les critic
list.